

The *Manipulus/Somnium* Project  
<https://somnium-project.wlu.ca>

## Aduocati 1 (2)

Post Cassyodoros:

"hii sunt qui causas pretendunt adhibiti, impediunt praetermissi,  
fastidiunt admoniti, obliuiscuntur locupletati.

Hii sunt qui vendunt lites, emunt intercessiones,  
deputant arbitros, iudicanda dictant, dictata convelunt,  
attrahunt litigantes, protrahunt audientes,  
retrahunt transgredientes.

Hec in quadam sua epistula...

*Somnium*, Prohemium 21 (G. Voltolina ed., p.17).

Hii sunt qui causas pretendunt adhibiti, impediunt pretermitti,  
fastidiunt admoniti, obliuiscuntur locupletati.

Hii sunt qui emunt lites, uendunt intercessiones,  
deputant arbitros, iudicanda dictant, dictata conuellunt,  
attrahunt litigaturos, protrahunt audiendos,  
retrahunt transigentes.

Sydonius in quadam epistola.

Hi sunt, qui causas morantur adhibiti, impediunt praetermissi,  
fastidiunt admoniti, obliuiscuntur locupletati.

Hi sunt, qui emunt lites, uendunt intercessiones,  
deputant arbitros, iudicanda dictant, dictata conuellunt,  
attrahunt litigaturos, protrahunt audiendos, trahunt addictos,  
retrahunt transigentes.

Sidonius Apollinaris, *Epistularum libri nouem*, 5.7.2 (A. Loyen ed., vol.2, p.183).